

# AD LECTOREM.

**L**ector Benevolo, ratione hanc Pharmaciam edendi, tam ex mandato Ampliss. Magistratus, quam Epistola ad illum præmissa sufficienter intellecta supereat tantum, ut de modo compositionis eiusdem paucis hisce te admoneamus. Hæbebis in Pharmacia hac in primis præstantiora, magisque necessaria veterum omnium medicamenta composita: præstantiora sola ne vel minoris momenti, vel eiusdem effectus compositis Pharmacopeus cum suo damno oneretur. Magis necessaria omnia, ut nihil perito Medico, aut agre habenti deficit; utraque tantum, ne entia sine necessitate multiplicentur: atque hec sunt generaliora medicamenta illa, quibus tanquam basi & fundamento Pharmacopolarum artem, & officinas inniti voluimus, idque Ægyptiorum, quibus primeuam nostram Medicinam debemus exemplo, qui referente Diodoro Siculo Lib. 2.  
„egros secundum legem curant ab antiquis Medicis comproba-  
„tisq. Authoribus traditam . . . . Credidit enim legislator ea  
„medendi cura, que plurimo tempore ab optimis Medicis ob-  
„seruata, perfecta sit, haud facile meliorem reperiri posse. Non  
ita mordicus eorum tamen sanctitis inheremus, quin aliqua &  
tempori nostro, & religioni adaptando etiam immutare veriti  
non simus, nam ut optimè, qui nunquam aliter, Seneca de Lib. 6.  
priscis Authoribus ait, Noua omnia erant primò tentantibus, natural.  
„post eadem illa limata sunt: & si quid inuentum est, illis ni- cap. 5.  
„hilominus referri debeat acceptum . . . . plurimum ad inue-  
„niendum contulit, qui sperauit posse reperiri. Cum excusa-  
„tione itaque veteres audiendi sunt. Hæc ille. Addidimus in-  
super & recentiorum Medicorum, imo & nostro labore, & ex-  
perientiâ acquisita, ut manum Domini ostendamus non esse ab-  
breuiatam, sed si cum fideliter seruo quinque talenta accepi. Matth.  
mus, operati sumus in eis, & alia quinque lucrati sumus. 25. 16.

Et

## AD LECTOR.

*Et quis amabo, nisi mordaculus quidam foriè hoc arrogantie  
adscribet? Numquam ita quisquam subduela ratione ad vi-  
tam fuit, Terentij opinione, quin res, etas, usus semper ali-  
quid apportet noui, aliquid moneat, ut illa que te scire cre-  
das, nescias; & que tibi putaris prima, in experiundo repu-  
dias. Omissis itaque compositorum virtute & efficacia, quarum  
notitia ad Medicum munus spectat, quod ad Pharmacopolas at-  
tinet, unicam ac simpliciorem ea conficiendi methodum vel ap-  
posuimus, vel eo quo paranda sunt ordine describendo, satis  
clarè insinuauimus, neminem tamen ita illi astringendo, ut ali-  
cui succinctiore forsan, aut parabiliore modo faciendi adimatur  
libertas, dummodo simplicia omnia, & ingredientia hic à nobis  
recensita, quoad numerum, qualitatem, pondus, & vigorem im-  
mutata permanerint.*

*Ampliorem facili nostrri rationem Lectori beneuolo reddere  
voluimus, ut per hanc vitiligatoribus foriè cauillandi filum in-  
cidatur; & vel sic non euidentes solatur Galenus dum 6. Epid.  
4. 19. ait: Illitteratorum, flagitosorumque hominum latratus  
euitar non potest: & vt bene Regina Christianissima quon-  
dam Medicus Gallego de la Serna: hec deprauata ( calum-  
niandi scilicet ) proprietas solum conuenit hominibus palibu-  
lis. Vnde similium malignorum hominum reprehensiones non  
debent estimari tanquam scriptorum supplicia, sed tamquam  
talium hominum propria attributa, nam ab his hominibus ne-  
mo potest manere illas. Ita ille:*

*Tu Candide Lector, & sibi sperantes, & tibi exoptantes me-  
liora, spe sua noli destituere, sed recta sapere, & bene valere.*

Lib. de  
Meth.  
meden-  
dit.

P R O-